Die iouis undecimo exeunte mense septembris. In canonica maiori cremone. Presentia infrascriptorum testium. Mussus quondam domini proadello
dedit mutuo sexaginta libras imperialium forte cremonensium et mediolanensium nouorum. Magistro molinario preposito dicte canonice. pabola et con
sensu atque presentia fratrum suorum videlicet archipresbiteri alberti et magistri bosonis archidiaconi et magistri presbiteri de medolado et magistri
bulsi et magistri Grazonis de rosanis et presbiteri alberti. et domini Guizardi de malanoctis et domini attonis de puteo et domini alberti ursonis atque domini
frederici de burgo. qui omnes manifestauerunt quod acciperent istos denarios pro soluendo pretio terre de bortalano quam emerat a comite enrico.
Quapropter isto musso interrogante, promisit ei iste prepositus pabola istorum fratrum suorum se soluturum per se et per suos successores. ut suum missum isto
musso uel eius heredibus aut suo misso ab illa die usque ad unum annum sexaginta libras iste monete. uel alias monetas tantum ualentes
in electione creditoris. quantum ipsi tempore ualebat. Et si ita non fecerit. et iste creditor uel eius heredes aliquod dispendium pro istis denariis exigendis fecerit
promisit iste debitor pabola istorum fratrum suorum uiginti libras imperialium forte isto creditori nomine pene dare. et totum prefatum dispendium statim de suo in
duplum resarcire. et insuper istas sexaginta libras ut dictum est soluere. Et ut hec promissio firmior sit. iste debitor prepositus pabola istorum omnium fratrum
suorum inuestiuit per pignus prefatum creditorem de tota brayda donicale iste canonice. que iacet in butalengo iuxta ecclesiam sancti iohannis [michaelis]
quantacumque sit. Ita ut si iste debitor non soluerit istos denarios ad prefatum terminum. quod tunc liceat isto creditori eiusque heredibus et cui dederit. sua
auctoritate ingredi et possidere uti et uendere prefatum pignus et habere fructus et redditus ipsius pignoris pro dono. ita ut non computentur in
sorte. sine omni istius debitoris et successorum eius contradictione. Et promisit iste debitor per se et suos successores isto creditori. eiusque heredibus et cui dederit
prefatum pignus ab omni homine defendere. Quod si non defenderit aut si ex inde aliquid subtrahere uoluerit, promisit prefatum pignus componere in duplum. sicut pro
tempore magis ualuerit in consimili loco. Et fecerunt omnes isti canonici isto creditori uel iterum et tenuta istius pignoris. Et insuper Refutatus
de bella qui extitit fideiussor pro isto preposito. promisit isto creditori interroganti. ut si ueniente termino uel terminis. iste prepositus non fecerit prefatam
solutionem istorum denariorum, quod ipse refutatus statim et sine placito soluet de suo istos denarios. Quod si ita non fecerit. et iste creditor uel eius heredes aliquod dispendium pro
istis denariis exigendis fecerit, promisit iste refutatus uiginti libras imperialium forte isto creditori nomine pene dare. et totum prefatum dispendium statim de suo in du
plum resarcire. et insuper istas sexaginta libras ut dictum est soluere. Et renunciauit ipse refutatus omni iuri per quod posset se tueri. dicendo quod principalis debi
tor prius sit conueniendus quam fideiussor. seu intercessor. Hoc autem factum est anno dominice incarnationis Millesimo Centesimo Octuagesimo quarto. Indictione tertia.

Ibi fuerunt Maurdrocc de orlando et duraci de bella. et Mussus branca. et otto columbi et ugolini scutifer. rogati testes.
Ego Cremosianus sacri palacii notarius interfui et hoc breue rogatus scribere scripsi.

Morbio 1 (31)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-175095897X-13/fragment/page=1

[illegible]

Morbio 1 (34)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-175095897X-13/fragment/page=2

Die iovis undecimo exeunte mense septembris. In canonica maiori cremone. Presentia infrascriptorum testium. Nussus qui dicitur de pladello
dedit mutuo sexaginta libras imperialium in fore cremon. et mediol. novorum. Magistro molinario preposito predicte canonice. parabola et con
sensu. atque presentia fratrum suorum. videlicet archipresbiteri alberti. et magistri bosonis archidiaconi. et magistri presbiteri de medolado. et magistri
...ensis et magistri Guezonis de rosaniis. et presbiteri alberti. et domini Guizardi de malanoctis. et domini attonis de puteo. et domini alberti in sonis. atque domini
frederici de burgo. qui omnes manifestaverunt quod accipiebant istos denarios pro solvendo precio terre de bottaiano. quam emerant a comite enrico.
Quapropter isto nusso interrogante. promisit ei iste prepositus parabola istorum fratrum suorum. se soluturum per se et per suos successores. ut suum nussum isto
nusso vel eius heredibus aut suo misso. ab illa die usque ad unum annum. sexaginta libras istius monete. vel alias monetas tantum valentes
in electione creditoris. quantum ipsi tunc valebant. Et si contra fecerit. et iste creditor vel eius heredes aliquid dispendium pro istis denariis exigendis fecerit
promisit iste debitor parabola istorum fratrum suorum. viginti libras in fore. isto creditori nomine pene dare. et totum prefatum dispendium stati de suo in
duplum resartire. et insuper istas sexaginta libras ut dictum est solvere. Et ut hec promissio firmior sit. iste debitor prepositus parabola istorum omnium fratrum
suorum. investivit per pignus prefatum creditorem. de tota braida donicale istius canonice. que iacet in butalengum. iuxta ecclesiam sancti ~~iohannis~~ michaelis
quantacumque sit. Ita ut si iste debitor non solverit istos denarios ad prefatum terminum. quod tunc liceat isto creditori eiusque heredibus et cui dederit. sua
auctoritate ingredi. et possidere. uti. et vendere prefatum pignus. et habere fructus. et redditus ipsius pignoris. pro dono. ita ut non computentur in
sorte. sine omni istius debitoris. et successorum eius contradictione. Et promisit iste debitor per se et suos successores isto creditori. eiusque heredibus et cui dederint
prefatum pignus ab omni homine defendere. Quod si non defenderit aut si exinde aliquid subtrahere voluerit. promisit prefatum pignus componere in duplum. sicut pro
tempore magis valuerit in consimili loco. Et preceperunt omnes isti canonici isto creditori ut intraret tenutam istius pignoris. Et insuper Refutatus
de bella qui extitit fideiussor pro isto preposito. promisit isto creditori interroganti. ut si veniente termino vel terminis. iste prepositus non fecerit prefatam
solutionem isto modo. quod ipse refutatus stati et sine placito solvet de suo istos denarios. Quod si ita non fecerit. et iste creditor vel eius heredes aliquid dispendium pro
istis denariis exigendis fecerit. promisit iste refutatus viginti libras in fore. isto creditori nomine pene dare. et totum prefatum dispendium stati de suo in du
plum resarcire. et insuper istas sexaginta libras ut dictum est solvere. Et renuntiavit ipse refutatus omni iuri per quod possit se tueri. dicendo quod principalis debi
tor prius sit conveniendus quam fideiussor. seu intercessor. Hoc autem factum est. Anno domini incarnationis. Millesimo. Centesimo. Octuagesimo quarto. Indictione tercia.

Ibi fuerunt Mandroce de orlando. et duraci de bella. et Nussus branca. et otto coltaldi. et ugolini scutifer. rogati testes.
Ego Cremosianus sacri palacii notarius interfui et hoc breve rogatus scribere scripsi.

Morbio 1 (31)